

Alphabetum Tangutanum sive Tibetanum.

Contributors

Cassiano, da Macerata, 1708-1791.

Amaduzzi, Giovanni Cristoforo, 1740-1792.

Catholic Church. Congregatio de Propaganda Fide.

Publication/Creation

Romae : Typis Sac. Congreg. de Propag. Fide, 1773.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/fgnap6v3>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>


ALPHABETUM
TANGUTANUM
SIVE
TIBETANUM.



ROMAE MDCCLXXII.

TYPIS SAC. CONGREG. DE PROPAG. FIDE

PRAESIDIUM FACULTATE.



Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30542789>

CLEMENTI . XIII . P . O . M

SANCTAE . ET . VNIVERSALIS . ECCLESIAE . ANTISTITI

PROPAGATORI . RELIGIONIS

DOCTORI . IVSTITIAE

ATQVE . ORBIS . MAGISTRO

CVIVS . SAPIENTIAE . ET . VIRTVTIS . FAMA

ORIENTALES . POPVLI . AB . ERRORVM . LABE

AD . ROMANAM . FIDEM

CONVERTVNTVR

ALPHABETVM . TIBETANVM

QVO

IN . INDICIS . REGIONIBVS

SACRVM . CHRISTI . NOMEN

SERAPHICAE . PROLIS . MINISTERIO

CELEBRATVR

QVODQVE . NVNC . TYPIS . SACR . CONGR . DE . PROPAG . FIDE

IN . COMPENDIVM . REDACTVM

RVRSVS . EDITVR

STEPHANVS . BORGIA

A . SECRETIS . SS . CONGREGATIONIS

OB . ILLVSTRIA . MERITA . AC . MVLTA . IN . SE . BENEFACTA

SANCTISSIMO . ET . INDVLGENTISSIMO . PRINCIPI

ANIMO . LIBENS

DEDICAT

CLEMENT, J. P. C. M.

NOTES, ET, VARIÉTÉS, DE LA LITTÉRATURE, ANCIENNE, MODERNE, ET CONTEMPORAINE.

PAR J. P. C. M.

DOCTEUR EN MÉDECINE.

PARIS, DE LA LIBRAIRIE DE LA RUE DE LA HARPE, N. 22.

• CANTON, RAPPORTS, ET, VARIÉTÉS, DE LA LITTÉRATURE, ANCIENNE, MODERNE, ET CONTEMPORAINE.

PAR J. P. C. M.

AD. LOMBARD, LIBRAIRE.

COMPLÈTEMENT

ALPHABÉTIQUEMENT, TITRÉE.

DE

LA LITTÉRATURE, ANCIENNE, MODERNE, ET CONTEMPORAINE.

PAR J. P. C. M.

AD. LOMBARD, LIBRAIRE.

COMPLÈTEMENT

ALPHABÉTIQUEMENT, TITRÉE, PAR J. P. C. M.

IN A COMPLÈTEMENT, TITRÉE.

PAR J. P. C. M.

STEFANUS, BOLOGNA.

A. STEFANUS, BOLOGNA.

ALPHABÉTIQUEMENT, TITRÉE, PAR J. P. C. M.

ALPHABÉTIQUEMENT, TITRÉE, PAR J. P. C. M.

ANIMO, LIBRAIRE, CLERMONT.

DE LA LITTÉRATURE, ANCIENNE, MODERNE, ET CONTEMPORAINE.

PAR J. P. C. M.

v

L E C T O R I
E R U D I T O

IOHANNES CHRISTOPHORUS AMADUTIUS

Praefes Typographiae Sacrae Congregationis
de Propaganda Fide.

Quibus una serie, unoque volumine
plura variarum exoticarum Lingua-
rum Alphabeta comprehendere placet,
eorum, tum etiam Apostolicorum
Praeconum gratia, quibus in itinere
veluti enchiridion sit, Tibetanum Alphabetum
nunc in compendium redigi, preloque cudendum
curavimus. Hoc onus in se suscepit Vir religio-
sissimus, & de Apostolicis Missionibus longe be-
nemeritus, tum Tartarorum idiomatum peritia
maxime praestans Cassianus Beligattius Maceraten-
sis, Franciscanae Capuccinorum Familiae Alumnus,
quo dirigente, & suppetias ferente, prodiit quin-
etiam egregium sane opus, & immortale, quod Al-
phabetum Tibetanum inscriptum est, & cui prae-
missa est disquisitio, qua de vario littera-
rum, ac regionis nomine, gentis origine,
moribus, superstitione, ac Manicheismo
fuse differitur; tum Beaufobrii calumniae
in Sanctum Augustinum, aliosque Ecclesiae
Patres refutantur. Anno scilicet MDCCCLXII.
typis nostris Sacrae Congregationis de Propaganda
Fide Opus hoc publici iuris factum est, atque

Auctorem habet Virum Cl., & omnigena eruditione praeclarissimum, quem frustra pro meritis commendare nunc enitar, Augustinum Antonium Georgium Eremitarum Augustinenſium Procuratorem Generalem, & pluribus aliis in Urbe muneribus, iisque gravissimis commendatissimum, qui praeter primores grammaticas res naviter expensas, & cum ceteris Orientalibus linguis summo studio, & incredibili peritiâ collatas, impia Tibetanorum dogmata ad Ecclesiae, & Patrum oracula exigere, tum eorum propagines veluti digito monstrare, ac tandem miro doctrinae apparatu Manicheorum errores, quos in Tibetum irrepsisse, ipsum citra omnem dubitationem demonstrasse, cordatiores uno ore fatentur, iisque faventes Beausobrii Calviniani hominis, & in Sanctos Ecclesiae Patres intolleranda confidentia iniuriosissimi opiniones, sive potius opinionum portenta refutare, ac convellere sategit.

II. Longus essem, si litteratorum hominum plausus, & commendationes heic recensere mihi nunc mens esset; quemadmodum nec quidquam mihi nunc laborandum puto de iis, quae sive carpendi libidine, sive invidia potius in Ephemeridibus Litterariis Parisiensibus (a) inserenda curavit Censor quidam horum studiorum omnino igna-

(a) *Gazette Littéraire de l'Europe à Paris 1764. Tom. II. pag. 262.*

ignarus; cum praesertim iisdem ipse iam satisfecerim litteris datis Litterati Romani nomine ad Cl. Virum Iohannem Lamium, quas in Florentinis Ephemeridibus (a) ab ipso concinnatis relatas voluit: tum nonnulla etiam diluere tentaverit Marcus Ubaldus Biccus, qui me in hac Typographiae cura praecessit, in adnotatione, quam huiusce Operis fronti subdidit in Indice, qui anno CXCCLXV. ab ipso editus est Librorum omnium, qui ex Typographia nostra prodierunt. Ceterum accepimus non ita pridem Berolini vulgatum Opus tribus voluminibus comprehensum, Auctoris nomine compendiarie subnotato, quo philosophice Americanorum mores expenduntur (b), & quo nonnulla Georgio nostro nec vere, nec solide obiiciuntur, quod nempe Beausobrium nimis acriter castigaverit, plerorumque Tibetanorum Regum chronotaxim improbabilem dederit, & Horatio Oliverio Pinnabillensi Capuccino, & Missionum Apostolicarum in Tibeto Ministro, ceterisque eiusdem Sociis nimis credulus fuerit, quos tamquam im-

a 4

post-

(a) *Novelle Letterarie di Firenze dell' anno 1765. num. 6., e segg.*

(b) *Recherches Philosophiques sur les Américains, ou Mémoires intéressant pour servir à l'Histoire de l'Espèce humaine. Par Mr. de P. A Berlin chez George Jacques Decker Imp. du Roi 1770. in 8. Tom. II. Litt. II.*

postores nulla ratione, nullis argumentis, nullisque testimoniis, sed sola confidentia, ac malitia suffragante proscindit, qui Italici fucum facere, iisque supponere Magnorum Lhamarum Diplomata, & suas cum ipsis consuetudines potuerint. His sane non integra, nec omnino perspecta notione perceptis nihil nunc reponere praestat; quamvis non dubitemus, Georgium nostrum, postquam cuncta probe noverit, numquam commissurum, ut intacta, quae ad suam ipsius fidem, & Congregationis honorem pertinent, relinquuntur; qui nimirum solide sit ostensurus, non mitius agendum cum homine, qui Sanctos Ecclesiae Patres, & Magnum Augustinum praesertim convitiis proscindere non dubitet; vetustiorum Tibetanorum Regum obscuram seriem, quam habuit, se dumtaxat praebuisse, tum nihil ex ea imperfecta licet, nihilque ex pleniore, quam det Censor, si potest, quod suo systemati adversetur, erui posse; ac tandem Berolinensem hominem iniuriam nimis esse Missionariorum Apostolicorum integritati, ac fidei, quibus Diplomata supponere, ac nugas, & mendacia comminisci religio non sit, tum Congregationis ipsius Praefectorum, ac Procerum vigilantiae, & sapientiae, Romanorumque Scriptorum sagacitati, & ingenio detrabere, quibus fucum fieri, vel quibus falsa, incredibilia, atque dolo malo conficta propinari in tanta rerum luce, & critices culmine tam facile possint. Cessit iam Septentrioni rursus, quae
in

in Italiam, sedem non suam, Gothorum barbaries; ac stupiditas inauspicato irrepserat, nec nos tam bardos extraneus homo existimet, quibus struere insidias, ac fallacias ingerere tam facile negotio quisquam possit. Novimus haec etiam Anglos Censores alios obiecisse (a), quos a Cassiano nostro Macerateni heic indicatos, & revinctos deprehendes (b); sed & Anglos, & Berolinenses omnes Romam invitamus, quibus suis contrectanda manibus, & oculis lustranda tradere spondemus Diplomata ipsa autographa, sericis flavis velis, ut mos est supremæ Aulæ Tibetanorum, descripta, ac Magni Lhamæ sigillo munita, quae ex dono Cl. Praesulis Stephani Borgiae a Secretis Sacrae Congreg. in Bibliotheca Collegii Urbani cunctis conspicienda servantur, quibusque nemo nisi per summam iniuriam, aut irrationabilem pervicaciam repugnet. Sed mittamus sycophantas.

III. Regni Tanguti, ut incolis audit, sive Tibeti, ut ab advenis vocatur, cui Missionibus Apostolicis excolendo Alphabetum, quod edimus, inseruit, chorographiam tradere nunc omittemus, cum Cl. Georgius noster hanc spartam ita abunde exornaverit, ut ad ipsum Lectores, quibus

(a) Istoria generale de' Viaggi &c. To. xxvii. s. III pag. 290., & seq. in notis.

(b) Cap. III. pag. 24., & seq.

bus haec noscere placeat, amandare satius sit. Ceterum compendiose dumtaxat monere praestabit, totum Regnum claudi ab Ortus Sinorum Imperio, & Tarcenton; ab Austro Regnis Bengala, Lotenkè, Altibary, Mon, Brukpà, Lhobà, Lhokhaptrà, Sciapadò, Bhà, de quo ultimo lis est cum Bahensibus; clauditur ab Occasu Casimiriis, parte Regni Mogol, Nekpal, Morongà; a Septentrione magna Tartaria, Usbek, Caschar, Ionkar ad Iarchend usque, & Cokonor. His igitur terminis sane amplissimis continetur Tibetanorum ditio, & Buddistica ipsa Religio, quae tamen litteris, & linguae Tibetanae coniungitur, licet citra litteras, & linguam hanc etiam latissime extra Tibetum porrigatur.

IV. De nefanda quinetiam huiusce Gentis superstitione si dicerem, actum agerem; cum nimirum & has partes Georgius noster summam cum laude impleverit. Illud dumtaxat innuemus, princeps Tibetanorum Numen, cui supremum cultum deferunt, esse Buddam, sive Xacam, quem si seniore spectes, ad Osiridis exemplum effectum videas, si vero iuniorem consideres, totum fere ad Christi Iesu vitam conformatum, sed tamen tum ex Gentilium Indorum fabulis, tum ex Manicheorum deliramentis, & sordibus foedatum magno cum horrore deprehendas. Cetera, quae huic Numini tribuuntur, quaeque ab eo manare comminiscuntur, sciens praetereo, & ad Georgium nostrum digitum intendisse sat habeo.

v. De Tibetanis litteris aliqua nunc praefanda a me essent ; unde nimirum profectae , quid commune habeant cum ceteris , & quis earum usus , & cultus quinetiam apud Tibetanos obtineat . Quare nonnulla ex Georgii nostri Opere delibabimus , quae illud consulere non vacantibus praesto sint . Theophilus Sigefridus Bayerius in ea est opinione , ut eas ab Indis una cum numerorum figuris derivatas censeat , quod tamen in dubium revocat Georgius , qui potius easdem a Syris petendas existimat . Is nempe naviter , ac sedulo cum iis , quas Syri Estranghelas appellant , ipsas conferens affinitatem quamdam inter utrasque deprehendit ; quemadmodum nonnullas etiam ad Syro-Nestorianas , aut Aethiopicas , tum & ad Samaritanas , & Aegyptiacas accedere animadvertit . His adde , Tibetanas voces , eodem Georgio observante , saepius cognatas esse Hebraicis , Aegyptiis , Aethiopicis , Chaldaicis , Syris , Indicis , & Sinensibus ; quod nimirum hominis , qui tria Ennii corda terque , quaterque superaverit , peritiam , & studium sane mirificum prodere , nemo non videt . Duplex vero est Tibetanis scripturae genus , Magicum unum , quo non uni tantum Magiae studiosi , sed & ipsi litterati viri in quibusdam tum peregrinis vocibus , tum nonnullarum etiam precationum formulis conscribendis utuntur ; commune alterum , quod duplici scripturae forma , maiori nimirum , & minori exprimitur . Prioris formae characteres , Lhamis iudicibus , uni
fere

fere necessarii putantur, qui proinde ཨ་ཨ་ཨ་

Ucèn, capitales nempe, & maximi vocantur, quod scilicet ad liberales disciplinas, & ad Religionis dogmata percipienda viam sternant. Alterius vero formae characteres parum, aut nihil necessarij

existimantur, atque idcirco ཨ་ཨ་ཨ་ Umin,

idest non capitales nuncupantur, quandoquidem sine iis aditus ad profanam, sacramque eruditionem pateat. Harum litterarum usus in epistolis familiaribus, syngraphis, aliisque privatis adversariis exarandis potissimum conspiciendus venit. Nos vero de characteribus Ucèn, maioribus nempe potissimum laboramus, quibus nimirum id unum curae sit, quod praesertim gravissimo Religionis negotio promovendo conducit. Minorum tamen formas neque Georgius in fusiori suo Opere, nec Cassianus Maceratensis in hoc Compendio, ad quae Lectorem nostrum amandamus, ne crambem recoctam reponamus, intactas reliquerunt. Illud tamen non omittam, tamquam quid sacrum apud Tibetanos eorum Alphabetum censerì, cum nimirum ipsi vanissima opinione teneant, eidem a novo Budda tum nomen ipsum, tum etiam quamdam divinitatis particulam accessisse.

VI. Antequam finem facio, illud etiam monebo, superiori duntaxat saeculo Tibetana elementa

menta minora Europeis Regionibus innotuisse
 ex Syngrapho Regis Buttanensium, quod Thomas
 Hydeus in Appendice ad Hist. Relig. veterum
 Persarum exhibuit. Theophilus Sigefridus Baye-
 rius tamen primus fuit, qui hasce scripturas in-
 terpretandas aggrederetur. Tum maiora etiam
 elementa apparere coeperunt in Historia Gen-
 ghizcani, quam anno c101000x. edidit Petrus
 Croixius, tum luculentiora in Mercurio Galli-
 co anni c101000xviii. prodierunt. Dein anno
 c101000xxi. inter rudera in Tartaria ad Mare Ca-
 spium Codices nonnulli in auras educti sunt, hisce
 Tibetanis characteribus inscripti, qui postea iussu
 Petri Russorum Regis ex autographo ipso elegan-
 tissime aureis, argenteisque litteris excepti, &
 ubique gentium vagantes, rei novitate cunctos
 omnium nationum Litteratos valde commove-
 runt. Hinc eorum characterum ectypum aenea
 Tabula expressum anno sequenti dederunt Acta
 Eruditorum Lipsiae, atque heic ipsi Tibetani aper-
 te omnino dicti sunt. Hanc vero Tibetanæ scri-
 pturae Tabulam interpretati dein sunt Fourmontii
 Fratres Viri doctissimi, quemadmodum in Museo
 Sinico Bayerii Tom. I. cernere est. Ast accu-
 ratiore interpretationem huius Tabulae, quin
 & alterius, Magica continentium dedit Cl. Geor-
 gius noster Appendice iii. post Alphabeti Tibeta-
 ni Partem alteram. Tum laudato anno c101000xxii.
 edita sunt in citatis Actis Elementa Linguae
 Tangutanae ex Museo Maturini Veyssierrei
 La-

La-Crozeii, ut nihil nunc dicam de iis, quas Nicolaus Vitsenius in editione prima Orientalis, & Septentrionalis Tartariae protulerat, quae La-Crozianeis exemplaribus longe deteriora quisque deprehendat. Qui vero integriora, ac castigatiora elementa haec proposuit, fuit laudatus Bayerius, qui a Samuele Coeleferio monitus eadem exactiora dein proposuit, tum anno ciorccxxi. de hoc argumento nonnulla etiam adtexuit novis observationibus, quas in Orthographiam Mungalicam conscripsit. Maiores tandem praesidia, & incrementa Tibetanae litterae a Bayerio ipso senserunt, cum Alphabetum Brahmmanicum, Mungalicum, & Tangutanum Messerschmidio Gedanensi inter Sinas excusum rursus edidit in Tom. III., & IV. Actorum Academiae Petropolitanae.

VII. Neque tamen factum est ex omnibus praeclaris huiusmodi magnorum Virorum conatibus, ut pro Tibetani idiomatis illustratione quidquam amplius desideraretur. Adveſta enim Romam Missionariorum Apostolicorum ex Franciscana Capuccinorum Familia harum litterarum exempla probatissima perspicue satis docuerunt, quanta adhuc incomperta, & inconcinna accuratiori Scriptore indigerent. Hinc ex harum litterarum formis, quas communicavit Horatius Oliverius Pinnabillensis, quem supra laudavimus, quique annum agens LXV. in Patanae Civitate anno Christi ciorccxlvi. diem supremum
obii

obiit (ut ex duplici emortuali elogio marmore
 insculpto, altero ab eius Sociis Latine, altero
 Brammhanice a Balgobinda quodam vernacuae
 linguae Praeceptore, quod Georgius noster (a)
 publici juris fecit) Ludovicus Belluga amplis-
 simus S. R. E. Cardinalis, cui immortales gratias
 & Congregatio Propagandae Fidei, & Littera-
 ria Respublica debent, typos sculpi, & conflare
 mandavit anno ciorccxxxviii. per Antonium
 Fantautium; quos adhuc intactos videns Vir cla-
 rissimus, & numquam a me satis tum laudan-
 dus, tum lamentandus Constantinus Ruggerius
 huius Typographiae Praeses benemerentissimus,
 auspice Congregationis, & Typographiae Prae-
 fecto, ac S. R. E. Card. Iosepho Spinellio, illustran-
 dos pro dignitate curavit per Virum doctissi-
 mum Augustinum Antonium Georgium, qui usus
 praesenti opera, & voce Viri huius idiomatis,
 aliorumque Indicorum scientissimi Cassiani Beligat-
 zii, quem pluries laudavimus, spartam hanc
 quamdiligentissime ornavit edito praeclaro Ope-
 re, quod saepius innuimus, cuique par sane
 raro sit conspectura Litteratorum Respublica. Fa-
 xit interim Deus Optimus Maximus, ut splen-
 didi huiusmodi apparatus Eius honori, & verae
 Religionis incremento feliciter cedant, quod unum
 est

(a) Alphabet. Tibetan. Part. I. Cap. CXLIV.
 pag. 435.

XVI

est & amplissimae Congregationis de Propagan-
da Fide , & Sapientissimi Pontificis Maximi
CLEMENTIS XIV. totius Christiani Orbis supremi
Antistitis votum , ac Studium . Haec tu quoque
boni consulas , erudite Lector , ac Vale .



ALPHA.

ALPHABETUM^I TIBETANUM.

C A P. I.






*De Scriptura, & ordine scribendi
apud Tibetanos.*






Uplex est Tibetanis
scripturae genus, u-
num commune, &
vulgare, cuius litteras ཨ་ཨ་ཨ་
Umin, idest non capitales,
seu minores vocant. Earum
forma tum a viris, tum a mu-
lieribus in epistolis familiari-
bus, in syngraphis, aliisque
privatarum rerum commenta-
riis scribendis usurpatur. Aliud
A scri-

scripturae genus , cuius litteras ᄡᄢᄡ ᄡᄢ ᄡᄢ *Ucèn* , nempe capitales , vel maiores appellant , quod ad liberales disciplinas addiscendas Lhamis , aliisque studiosis viris solae ferme necessariae putantur . Hae tantum ad Religionis dogmata percipienda viam parant , & solae tum veteribus exaratis libris intelligendis , tum novis componendis inserviunt . At cum characteres *Ucèn* certe necessarij sint ad profanam , sacramque eruditionem aquirendam , *Umin* relinquemus modo , eo magis , quod regulae , quas pro scribendis characteribus maioribus

ribus statuunt Tibetani praeceptores, minoribus quoque conveniunt (nulla enim alia intercedit differentia inter maiores, & minores, nisi diversa apicum pingendi forma) ideoque hic maiores scribendi, legendique regulas exponendas aggrediemur. At ne & minores desiderentur characteres, eorum quoque Tabulam ad calcem apponemus.

Antequam ad tradendas Alphabeti litteras procedamus, notandum est signum initiale, unde auspiciu sumunt Tibetani, duplici figura pingi. Prima nobilior est  , aut  , vel . Hanc ve-















ro praeponere solent omni scripturarum generi, quod *sacrum* est, & proprium Litteratorum; nam in communi, vulgarique scriptura alteram adhibent huius formae , vel  |, aut etiam . *Ustkum* nomine signa ista appellant Tibetani.

Huius notae munus est non solum libri auspiciū indicare, sed etiā novi tractatus argumentum in eodem libro distinguere. Toties enim *Ustkum* repetunt, quoties in materiam aliam dilabuntur.

Punctum etiam duplex est in scripturis. Unum *intersyllabicum*, quod syllabam a syllaba

ba

5

ba discernit; aliud *fixum*, quod
 absolutae periodi signum exhi-
 bet, primum per  punctum,
 secundum per duas perpendi-
 culares || lineas pingunt. In-
 ter syllabicum punctum suum
 usum, & utilitatem habet; fa-
 cit enim, ut plures consonae
 unico puncto conclusae, licet
 binae, ternae, aut quaternae
 sint, unam tantummodo sylla-
 bam componant, & tamquam
 monosyllabum nomen legi, ac
 pronunciari debeant: ut  *ngba*, ego:  *gnia*, piscis:
  *jap*, pater:   *cibo*,
 lex:   *ser*, aurum:   *lham*, semita:    *su*, cor-
 pus:

pus: འཕྲུལ་སྤྱོད་ *frungh*, custos &c.
 Sic plurium consonantium numerus unico terminatus puncto syllabam constituit semper unicam.

Punctum fixum per duas has || lineas perpendiculares, unam ad signandam praecedentis periodi absolutionem, alteram ad subsequenteris inchoationem efformant; ideoque aliquantulum inter se distantes collocabant veteres Tibetani, ut vetusti eorum scribae demonstrant; at recentiores ad periodi calcem unam tantum lineam signare, & ante subsequenteris inchoationem nonnihil vacui alterius lineae loco relinquere consueverunt.

Aliis

Aliis quoque signis in scribendo utuntur Tibetani; quorum unum est pro innuenda suspensionis nota in aliquibus verbis ad vehementem animi affectum exprimendum, vel ad summam erga sanctos suos venerationem patefaciendam. Hoc signant interiiciendo duos *circellos* ॐ litteris monosyllabis, quibus animi affectum exprimunt, ut videre est in dictione ॐ ॐ ॐ ॐ ॐ *Nausa*

5 5
5
Q

santa-puttrhâ; quod cum nomen sit inventoris characterum, & scripturæ apud Tibetanos,

per hos 8 dicyclos innuitur
 legentibus, primam syllabam
 illius nominis aliqua vocis su-
 spensione, & animi affectu esse
 promendam.

Eiusdem quoque indolis sunt
 notae, quae toties occurrunt
 in scripturis, & diplomatibus,
 quoties Lhama maximus sive
 explicite, sive implicite in illis
 commemoratur. Tunc nomen,
 aut verba, Lhamae dignitatem
 exprimentia, tamquam inter pa-
 rentheses clausa, conspiciuntur
 signis quibusdam distincta, quae
 licet fixa non sint, sed ad Ama-
 nuensium libitum relinquuntur,
 communiora tamen sunt iis,
 quae conspiciuntur in pluribus



Di-

Diplomatibus Missionariis Capuccinis oblatis a Rege , & a Commune Civitatis Lhassae ad Ecclesiam , & Hospitium erigendum , in quibus pro parenthesi ista cernuntur signa.

༡ ཨོ་རྒྱལ་པོ་འཕགས་པ་འཇམ་དཔལ་ལྷ་མོ་ཨོ་༡

Kongh-scia Rin-bo-cehi , Supremorum Pedum , idest Supremi Lhamae .

Aliae quoque notae non raro occurrunt sacris in eorum libris , quarum munus , licet non satis cognitum habeamus , tamen intactas relinquere non putamus . Aliquando unum , vel alterum istorum signorum occurrit loco puncti intersylla-

Tandem innuendum putamus, Amanuenses ad calcem operis varia signa apponere, quibus orationis, tractatus, vel libri absolutionem indicant. Communia, & usitatoria sunt ista ||  ||, vel |  |, quaecum non ad scripturam, sed ad decorem spectent, quo quisque maxime delectetur ornamento, opus absolvunt.

C A P. II.

*De Consonantibus simplicibus,
earumque sono, & pronun-
ciatione.*

MOs est Tibetanis praeceptoribus in informandis pueris suis, antequam de vocali-

calibus verba faciant, simplices consonantes illis tradere, ut bene illas noscant, optimeque proferant. Ne itaque eorum methodum pervertamus, a consonis & nos exordium sumemus.

Consonantes litterae habent Tibetani omnino triginta, easque appellant ཀྱ ཀླ ཀྴ ཀྵ ཀྶ *Selcè*, idest *Clarificantes*, forsan quod originem, & naturam vocabulorum ostendant, & ideo clarificantes dicantur, quia simili fungantur munere, quo funguntur *radicales* in Hebraica, Syriaca, aliisque Orientalibus linguis; vel etiam ob proprietatem, quam habent consonantes.

sonae Tibetanae sese ipsas etiam sine adiuncta vocali sonandi : est enim eis innatus sonus vocalis *a* ; unde *ᑯᑯᑯ pa*, *ᑯᑯᑯ ma*, *ᑯᑯᑯ ta* pronunciandae sunt, non *p*, *m*, *t*, instar nostrorum apicum ; & ideo *Selcè* nuncupari potuerunt, quasi clare sonantes, seseque ipsas exprimentes.

Praeceptores Tibetani has consonantes in octo ordines distribuunt. In unoquoque ordine litteras quatuor collocant, ultimo excepto, cui duas tantum tribuunt. Ea tamen ratione per ordines singulos litterae distributae iacent, ut canora quadam vocis modulatione, quasi musicae notae essent,

sent, proferri debeant. Quod totum fit, tum ex sacro quodam instinctu gens illa in cantus amorem, ac voluptatem feratur, tum ex industria, ut Tirones litterarum accentus, & pronunciandi rationem libentius addiscant. Ut totum id clarius, quoad scripto fieri potest, innotescat, priusquam figuras, nomina, ac potestatem harum litterarum tradamus, *accentus*, quibus affici debeant, figendi sunt. Ex his enim *toni* statuuntur, & accentus ipsi etiam naturam, & vim significandi in Tibetanis litteris mutant, quod quidem novam, graviolemque addiscendae linguae difficultatem parit. Ita-

Itaque quinque erunt accentus; *aequalis*, *gutturalis*, *palatinus*, *narinus*, *singularis*. Prioris nullum signum erit, quia tonus vocis aequaliter incedit, sequiturque nativam pronuciandi rationem, nihil a communi Latinorum more diversam; ceteros demonstrabunt sequen., quorum figurae erunt:

Pro Gutturalibus ˘

Pro Palatinis ˆ

Pro Narinis ˋ

Pro Singularibus ˚

Itaque accentum ˘ gutture;
 ˆ lingua ad palatum inflexa;
 ˋ naribus magis, quam ore
 pronunciabis; at singularem ˚
 mixtis organis efferes, eaque
 ra-

ratione, quam tibi describere
nesciam. Illius modum, ac vim
una tantum magistri vox, &
usus ipse loquendi frequentissi-
mus docere poterit. His prae-
missis, sit

*Simplicium Consonantium
Tabula.*

1.	ᳵ Kha	ᳶ kha
	᳷ ka	᳸ ngha.
2.	᳹ Ciha	ᳺ ciha
	᳻ cia	᳼ gnia.
3.	᳽ Tha	᳾ tha
	᳿ ta	ᳺ na.
4.	ᳺ Pha	᳻ pha
		᳼ pa

5. pa ma .
 Tzha tzha
 tza va .
 6. Sciha fa
 ha ja .
 7. Ra la
 fcia fa .
 8. Hah aa . I

Ut clare patet ex apposita
 Tabula, *a* vocalis, ut iam di-
 ximus, unicuique consonanti
 innata est, & ab ea insepara-
 bilis, casibus exceptis, qui-
 bus aliquando cogeris conso-
 nam

nam elidere, vel aliter quam
per *a* pronunciare. Sed de his
infra, nunc sit

C A P. III.

De Vocalibus.

VOcales a Grammaticis Ti-
betanis vocantur རྩུང་སྤྱོད་

jang, & etiam རྩུང་ལྷན་ *jen lah*,
ideft *soni*, & *cantus*; eaeque
quatuor tantum numerantur,
scilicet I, U, E, O. Harum no-
tae sunt hae ཨ, འ, ཨ, ཨ. Pri-

mam vocant ཁྱི་ཁུ་ *khi khu*, se-

cundam རྩུང་ཁྱི་ *sciapkhiu*,

tertiam རྩུང་ཁྱི་ *drengbhu*,

quar-

quartam $\text{ḡ}^{\text{ṽ}} \text{Ḥ}^{\text{ṽ}} \text{narò}$. Itaque

ḡ . *khikhu* valet I.

ṽ . *sciapkiù* U.

Ḥ . *drengbhù* E.

$\text{ḡ}^{\text{ṽ}}$. *narò* O.

Prima, tertia, & quarta harum vocalium supraponuntur

consonantibus, ut $\text{ḡ}^{\text{ṽ}} \text{Ḥ}^{\text{ṽ}} \text{khi}$, $\text{ḡ}^{\text{ṽ}} \text{Ḥ}^{\text{ṽ}}$

khe, $\text{ḡ}^{\text{ṽ}} \text{Ḥ}^{\text{ṽ}} \text{kho}$; secunda vero infra easdem adiicitur, ut $\text{ḡ}^{\text{ṽ}} \text{Ḥ}^{\text{ṽ}} \text{khu}$, $\text{ḡ}^{\text{ṽ}} \text{Ḥ}^{\text{ṽ}} \text{thu}$, $\text{ḡ}^{\text{ṽ}} \text{Ḥ}^{\text{ṽ}} \text{lu}$, $\text{ḡ}^{\text{ṽ}} \text{Ḥ}^{\text{ṽ}} \text{su}$. Hae vocales siue breves sint, siue longae, semper eadem nota signantur.

Notandum tamen est, *khikhu* in fine syllabae fere semper vim habere diphthongi *ei*,

praecipue dum reperitur supraposita consonanti ຣ' *ha*; &

ideo legendum ຣ' ດ' ດ' *tenbhei*,

verum: ມ' ດ' ດ' *munbhei*, te-

nebrae: ນ' ດ' ດ' *nangbvei*, lux.

Perfaepe etiam est nota genitivi tum singularis, tum pluralis,

ut ດ' ມ' ດ' ດ' ດ' *Lhama*

ຣ'

rimbocei, Lhamae maximi:

ຣ' ດ' ດ' ດ' ດ' ດ' *gningh cè cen-*

ຣ'

bhoi, commiserationis maximae:

ຣ' ດ' ດ' ດ' ດ' *konbhei*, coenobiorū:

ຣ' ດ' ດ' ດ' *drovei*, viatorum:

ຣ'

ᑭᑦᕐᕐᑭᑦ *kevhei*, virtutum &c.

Non raro occurrit, praecipue in libris, reperire *khikhu* ᑭᑦᕐᕐᑭᑦ obversa facie signatam, oculo scilicet, dexteram spectantem,

ut ᑭᑦᕐᕐᑭᑦ &c.; tunc tamquam duplicatum *i* scias esse proferendam: ᑭᑦᕐᑭᑦ *ciik*, unus: ᑭᑦᕐᑭᑦ

ᑭᑦᕐᑭᑦ *gniinghpò*, duas vices &c.

Hanc ipsam notam *khikhu* aliquando supra consonantes tum simplices, tum vocalibus coniunctas iacentem reperies,

sic ᑭᑦᕐᑭᑦ ᑭᑦᕐᑭᑦ ᑭᑦᕐᑭᑦ ᑭᑦᕐᑭᑦ ᑭᑦᕐᑭᑦ &c., in qua

positione non vocalis, sed ne-

scio quid latentis, ac mysticae significationis potestatem debes agnoscere, praecipue cum Amanuenses Tibetani utantur hac nota in scripturis magicis, de quibus infra.

Ceterae etiam vocalium notae, dum supra consonantes geminatae reperiuntur, geminam vocalem exprimunt, & aliquando etiam vim habent diphthongi. Duplicata *drengbhù* geminos *ee*, vel *ei* importat: geminata *narò* geminos *oo*, *oi*, vel *ou* indicat: & geminata *sciapkhiù* ad pedem consonantium posita geminum *uu*, vel *ou* affert; sed leges pronuntiationis in his geminatis

tis vocalibus efferendis, auri-
bus magis, quam oculis, & le-
ctione comprehendere pote-
runt Tirones.

Monendos tamen eos puta-
mus, perfaepe Amanuenses uti
his duplicatis vocalium notis
pro *nota* compendiarie dictioni-
bus contractis supraponenda;
hocque praesertim in dictioni-
bus characterē *Umin* conscri-
ptis perfaepe occurrit, in quibus
duplicatam *drengbbu* ^u, non
geminas *ee*, vel *ei*, sed puram
deficientiam consonantis *Nm*
a dictione requisitam indicare
intendunt. Compendiarie hu-
ius scripturae exempla passim
occurrunt, & plura conspiciun-

tur in Diplommatibus a Supremo
 Lhama Missionariis Capuccinis
 concessis, tum ad Hospitium,
 & publicam Ecclesiam constru-
 endam, tum ad veri Dei praedi-
 candam Fidem: quae Diploma-
 ta, quamquam ab Anglis cen-
 soribus (a) tamquam suppositi-
 tia traducantur, & Missionarii
 ipsi sycophantarum nota inurā-
 tur, tamen nemo erit, qui ipsis
 fidem praestet id gratis omni-
 no, & calumniose asserentibus,
 praesertim cum autographa
 plura in Bibliotheca Collegii
 Urbani Congr. de Propaganda
 Fide, cui donata voluit Praeful
 Cl. Ste-

(a) Vid. *Istoria generale de' Viaggi &c.* Tom.
 XXVII. §. III. pag. 290., & seq. in notis.

Cl. Stephanus Borgia eiusdem
 Congr. a Secretis, in sericis fla-
 vis velis exarata, ac Regis, su-
 premique Lhamae sigillo muni-
 ta, cuilibet conspicienda serven-
 tur. Ex ipsis autographis chara-
 cteris *Umin*, unum satis erit
 haurire exemplum ad huius
 contractionis notas demonstnan-
 das, quod litteris *Ucen* damus:

ཨ་ཁ་ཀྱི་ལྷ་མོ་པོ་ལྷ་མོ་ཨ་ཁ་ཀྱི་
 ཨ་ཁ་ཀྱི་ལྷ་མོ་ *Pot khi jul kam-tam*

ceb khi cihongh-phon, Tibeti re-
 gionum singulis, & omnibus
 Praesidibus; in quo iteratae il-
 lae notae *drengbhü* nihil aliud
 indicant, nisi carentiam *N^r m*,

ut

ut in legendis dictionibus suppleatur. Alii Amanuenses eandem deficientiam consonae *m* tum in scripturis *Umin*, tum in *Ucen* his notis δ , δ° , \circ , solent signare, ut $\delta^{\circ}N^{\circ}\delta^{\circ}$, vel $\delta^{\circ}N^{\circ}\delta^{\circ}$, aut $\delta^{\circ}N^{\circ}\delta^{\circ}$ *tam-ceh*, omnes. At nota compendiaria, qua iidem ipsi Amanuenses utuntur in charactere *Ucen* ad innuendam deficientiam consonae *Nm*, est ocellus \circ suprapictus dictioni contractae. Id iam habes in exemplo tertio contractae scripturae per litteras *Ucen* mox allato $\delta^{\circ}N^{\circ}\delta^{\circ}$, vel δ° , quae vox extensis litteris scibitur $\delta^{\circ}N^{\circ}N^{\circ}\delta^{\circ}$ *tam cè*. Pa-

Pari modo , ac *drengbhù* ,
 non raro ad contrahendas di-
 ctiones , tum in minoribus , tum
 in maioribus characteribus uti
 solent Tibetani Scribae gemi-
 nata nota vocalis \approx *narò* ; eum-
 que morem praesertim tenent
 in scribendo contracto nomine
 Dei *Khoncihoa* , uti videre est
 in Epistola supremi Lhamae tra-
 dita Capuccinis ad suae supersti-
 tiosae religionis defensionem ,
 in qua pluries pro ཀླུ་མ་ཐོང་མཆོག་
 scriptum est ཀླུ་མ་ཐོང་མཆོག་ *Khoncihoà*.
 De his monendos putavimus Ti-
 rones , ne siglas , sive notas
 compendiariae scriptionis pro
 vocalibus acciperent. Nunc ve-

ro copulationem vocalium cum
consonantibus simplicibus tra-
dere aggredimur .

C A P. I V.

*De copulatione vocalium cum
consonantibus .*

Consonantium Tibetana-
rum id proprium est, ut
singulae syllabam, ac nomen
constituere valeant . Semper
enim, ut iam diximus, con-
genitum habent sonum voca-
lis *a*; & ideo per se solam con-
sonans valet efformare inte-
gram dictionem, ut *ṭ' ngba*,
ego : *ṭ' pa*, vacca : *ṣ' gnja*,
piscis .

Coniunctio consonantium
fit

fit cum solis quatuor vocalibus
 ^ I, ~ U, \ E, √ O; sicque
 dum simplices *selcè* copulantur
 cum *jangb*, appellamus com-
 positas. Atque eae sunt toti-
 dem syllabae, quae constant
 duabus tantum litteris, *conso-*
nanti scilicet, & *vocali*. Nam,
 ut infra videbis, syllabae sunt
 diversae speciei, quarum aliae
 consonas comprehendunt binas,
 aliae ternas, aliae quaternas
 uni vocali coniunctas.

Selcè compositas distribuunt
 Tibetani in ordines triginta,
 quorum quilibet quaternis syl-
 labis constat, quemadmodum
 totidem constat litteris quivis
 ordo plenus simplicium. Cer-
 nes

ᐃ' khe ᐃᐃᐃ' | khom.

ᐊ' Ki ᐊ' ku

ᐊ' ke ᐊᐃ' | kor.

ᐅ' Nghi ᐅ' nghu

ᐅ' nghe ᐅᐃ' | nghor.

ᐆ' Cihi ᐆ' cihu

ᐆ' cihe ᐆᐃ' | cihol.

ᐇ' Cihi ᐇ' cihu

ᐇ' cihe ᐇᐃ' | ciho.

ᐈ' Ci ᐈ' ciu

ᐈ' ce ᐈᐃ' | cion.

ᐉ' Gni ᐉ' gniu

ᐉ'

ḡ' gnie ḡḡ' gnion.

ḡ' Thi ḡ' thu

ḡ' the ḡḡ' thoh.

ḡ' Thi ḡ' thu

ḡ' the ḡḡ' thop.

ḡ' Ti ḡ' tu

ḡ' te ḡḡ' ton.

ḡ' Ni ḡ' nu

ḡ' ne ḡḡ' nor.

ḡ' P-hi ḡ' p-hu

ḡ' p-he ḡḡ' p-hongh.

ḡ' P-hi ḡ' p-hu

ḡ'

Ṗ' p-he ṖṢ'Ṣ' p-ho.

Ṗ' Pi Ṗ' pu

Ṗ' pe ṖṢ'Ṣ' pon.

Ṣ' Mi Ṣ' mu

Ṣ' me ṢṢ'Ṣ' mon.

Ṣ' Tzhi Ṣ' tzhu

Ṣ' tzhe ṢṢ'Ṣ' tzhor.

Ṣ' Tzhi Ṣ' tzhu

Ṣ' tzhe ṢṢ'Ṣ' tzhol.

Ṣ' Tzi Ṣ' tzu

Ṣ' tze ṢṢ'Ṣ' tzom.

Ṣ' Vi Ṣ' vu

𐌲 ve 𐌲𐌰 vol

⁂ Schi 𑖦𑖻 𑖦cihu

वे' fche वे'ङ्गा sciohn.

Si fu.

ཐོ་ fe རྩ་སྟོག་ songh .

Q' Hi 3' hu

Q' he ᚱᚲᚲ hor,

𑖦 Ji 𑖧 ju

ཡེ་ je ཡོངས་། jongh .

I' Ri I' ru

I re Iſr' rol.

𠂔' Li 𠂔' lu

२१

le	loh.
Sci	sciu
fce	fcioh.
Si	fu
fe	fol.
Hi	hu
he	hor.
I	u
e	om.

Nota in ordine postremo sonum litterae *W* *a*; is enim, quāquam perire videatur, revera tamen non perit, neque peri-

re debet. Monitum tamen damus, quia modum pronuntiandi exprimere scripto nescimus.

C A P. V.

De notis Iata, & Rata.

PRaeter quatuor allatas vocales consonis coniungendas, duae sunt etiam *notae* Tibetanis, quae determinatis litteris adiiciuntur. Vocantur hae *jata*, & *rata*, quia sonum edunt similem *j*, & *r*; & numquam supra, sed infra consonas scribuntur.

Iata sic ꝑ pingitur, consonae vero, quae sub se *jata* patiuntur,

tur, sunt octo, scilicet $\text{Რ}^{\text{'}}kha$,
 $\text{Ს}^{\text{'}}kha$, $\text{Ტ}^{\text{'}}ka$, $\text{Უ}^{\text{'}}p-ha$, $\text{Ფ}^{\text{'}}p-ha$
 $\text{Ღ}^{\text{'}}pa$, $\text{Ყ}^{\text{'}}ma$, $\text{Შ}^{\text{'}}ra$, quibus
 si notam Ლ subiunxeris, formam
 induent, quam hic depictam
 vides: $\text{Რ}^{\text{'}}\text{Ს}^{\text{'}}\text{Ტ}^{\text{'}}\text{Უ}^{\text{'}}\text{Ფ}^{\text{'}}\text{Ღ}^{\text{'}}\text{Ყ}^{\text{'}}\text{Შ}^{\text{'}}$

Observanda est diligenter
 vis, quam habet *jata* tum in
 tribus prioribus $\text{Რ}^{\text{'}}\text{Ს}^{\text{'}}\text{Ტ}^{\text{'}}$, tum
 praesertim in quinque poste-
 rioribus $\text{Უ}^{\text{'}}\text{Ფ}^{\text{'}}\text{Ღ}^{\text{'}}\text{Ყ}^{\text{'}}\text{Შ}^{\text{'}}$. Nam
 sonum istarum proprium, ac na-
 tivum integrum mutant. Qua-
 re Ლ exempli gratia & $\text{Ლ}^{\text{'}}$
 non *p-hja*, *mja*, *rja*, sed *cjha*,
gnja, *ja*, quiescente *ra*, dicere
 oportebit. Itaque pronuncia-
 tio haec erit:

᳚' khja ᳚' khja ᳚' kja

᳚' cihja ᳚' cihja ᳚' cja

᳚' gnja ᳚' ja .

Litterae *latatae* admittunt
tum supra, tum infra se notas
omnes vocalium, quarum nul-
lam excludunt. Syllabarium,
quod Praeceptores solent tra-
dere pueris, hoc demonstrabit.

Syllabarium Latatarum.

᳚᳚᳚ ᳚' Khji ᳚' khju
᳚' khje ᳚'᳚ khjo.

᳚' khji ᳚' khju
᳚' khje ᳚'᳚ khjo.

᳚'

ㄱᄃᆫ Khjen ㄱᄃᆫ kje
 ㄱᄃᆫ khjom ㄱᄃᆫᆫ khjun.
 ㄱᄃᆫ Khji ㄱᄃᆫ khje
 ㄱᄃᆫ khjoh ㄱᄃᆫᆫ khjul.
 ㄱᄃᆫ Kjm ㄱᄃᆫ kjen
 ㄱᄃᆫ kjo ㄱᄃᆫᆫ kjun.
 ㄱᄃᆫ Cjha ㄱᄃᆫ cjha
 ㄱᄃᆫ cjhen ㄱᄃᆫᆫ cjhub.
 ㄱᄃᆫ Cjar ㄱᄃᆫ cjum
 ㄱᄃᆫ cje ㄱᄃᆫᆫ cjob.
 ㄱᄃᆫ Cje ㄱᄃᆫ cjin
 ㄱᄃᆫ cjom ㄱᄃᆫᆫ cjung.
 ㄱᄃᆫ

*Ratatae & forma, & pronuncia-
tione sic erunt :*

Ṭ' Thra Ṭ' thra Ṭ' tra
 Ḥ' trha Ḥ' trha Ḥ' tra
 Ḥ' nra Ḥ' p-hra Ḥ' p-hra
 Ṣ' pra Ṣ' mra Ṣ' scra
 Ṣ' fra Ḥ' | rha.

Syllabarium Ratatarum.

Ṭ' Trhi Ṭ' trhu
 Ḥ' trhe Ḥ' | trho,
 Ṭ' Trhi Ṭ' trhu
 Ḥ' trhe Ḥ' | trho.

Ṭ'

ṭṛi	ṭṛu
ṭṛe	ṭṛ tro
ṭṛhi	ṭṛhu
ṭṛhe	ṭṛ trho.
ṭṛi	ṭṛhu
ṭṛhe	ṭṛ trho.
ṭṛi	ṭṛu
ṭṛe	ṭṛ tro.
ṇṛi	ṇṛu
ṇṛe	ṇṛ nro.
ṭṛi	ṭṛhu
ṭṛhe	ṭṛ prho.

ṭṛi

𑀧𑀺 Prhi	𑀧𑀺 prhu
𑀧𑀺 prhe	𑀧𑀺 prho.
𑀧𑀺 Pri	𑀧𑀺 pru
𑀧𑀺 pre	𑀧𑀺 pro.
𑀧𑀺 Mri	𑀧𑀺 mru
𑀧𑀺 mre	𑀧𑀺 mro.
𑀧𑀺 Sc-ri	𑀧𑀺 sc-ru
𑀧𑀺 sc-re	𑀧𑀺 sc-ro.
𑀧𑀺 Sri	𑀧𑀺 fru
𑀧𑀺 fre	𑀧𑀺 fro.
𑀧𑀺 Rhi	𑀧𑀺 rhu
𑀧𑀺 rhe	𑀧𑀺 rho.
	𑀧𑀺

ṭṛim' Trhim	ṭṛu' trhu
ṭṛṇ' trhen	ṭṛu' trhol.
ṭṛim' Trhom	ṭṛu' trhel
ṭṛṇ' trhih	ṭṛu' trhu.
ṭṛu' Tre	ṭṛu' tram
ṭṛu' trub	ṭṛu' trom.
ṭṛṇ' Trhi	ṭṛṇ' trhen
ṭṛu' trhum	ṭṛu' trhò.
ṭṛṇ' Trhen	ṭṛu' trhom
ṭṛṇ' trheh	ṭṛu' trhangh.
ṭṛu' Tro	ṭṛu' trem
ṭṛṇ' truh	ṭṛu' tril.
	ṭṛṇ'

ရွာ' Nra	ရွာ' nrum
ရွာ' nre	ရွာ' nrol.
ရွာ' Prho	ရွာ' prhel
ရွာ' prhi	ရွာ' prhun.
ရွာ' Prhah	ရွာ' prhen
ရွာ' prhul	ရွာ' prhi.
ရွာ' Pre	ရွာ' prul
ရွာ' prin	ရွာ' prom.
ရွာ' Mre	ရွာ' mri
ရွာ' mro	ရွာ' mrul.
ရွာ' Sc-rah	ရွာ' sc-run
ရွာ' sc-re	ရွာ' sc-rom
	ရွာ'

སྲ་ Sra	སྲ་ frun
སྲ་ fre	སྲ་ from
རྲ་ Rhim	རྲ་ rhu
རྲ་ rhen	རྲ་ rhol.

C A P. VI.

De deficientia quarumdam Consonantium, & quomodo eas suppleant Tibetani.

ORientales linguae si cum Latina, & Itala comparentur, litteris carent nonnullis, quas appellabimus deficientes. Litterae, quae deficiunt in Tibetana lingua, sunt septem, scilicet: B, D, F, G, Q, X, Z.

Qua

Qua autem ratione litteras aequalis, aut similis valoris in deficientium locum sufficient, cognosces ex his:

QZ' Ba

supplet B.

N5' Da

Q5' Da

2' Da

supplet D.

2' Pha

supplet F.

QE' Gia

NE' Gia

2' Gia

QΔ' Ga

NΔ' Ga

supplet G.

Δ' Ku

supplet Q.

N^r Xa
4

supplet X.

QE^r Za

HE^r Za

HE^r Za

supplet Z.

Ut autem facilius dignosca-
tur, quibus characterum, litte-
rarumve formis in *deficientibus*
supplendis, utendum sit, sub-
iecta exempla attente conside-
randa sunt.

QZ^r B.

QSN^r Brè, oryza.

QZQ^r bruh, tonitrus.

QSN^r S brepù, fructus.

D

QSN^r

རུབ་ *bum*, centum millia .

ར་ D.

ར་བ་ *Deb*, dicere .

འཇིག་ *drè*, daemon .

ར་གྲ་ཁམས་ *do-kam*, regio,
mansio .

ར་དྲ་ཆའ་ *dociha*, libido .

ར་ཇི་ཡི་རྟ་ལ་ *di-ji-ton-la*, hac
de caussa .

ར་དྲ་ཤ་ *dusce*, propensio ad
malum .

མ་ D.

མ་རྟ་ *Do-ci*, sincerus .

མ་

ལྷ་ D.

ལྷ་ *Den*, stratum.

ལྷ་ལྷ་ *den-bha*, dare.

ལྷ་ལྷ་ལྷ་ *dar-kje-bha*, dividi,
scindi.

ཕ་ F.

ཕ་ཕ་ *Far-si*, Persa.

ཕ་ཕྱེ་ *Fo-kjen*, Civitas Sinen sis.

ཕ་ཕྱེ་ཕ་ཕྱེ་ *P-hon-te-fi-ce*, Pon-
tífex.

རྒྱ་ Gi.

རྒྱ་ལྷ་ *Gi-bha*, exterminator.

རྒྱ་ལྷ་ཕྱེ་ *gik-then*, mundus.

QEN' ᄒᄒ' ᄒᄒ' *Giam-jangh* ,
